



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

I. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich, Johann und Otto der Jüngere verkaufen das Land Bellin dem Bisthume Havelberg, am 13. Juli 1294.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

## U r k u n d e n.

## I. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich, Johann und Otto der Jüngere verkaufen das Land Bellin dem Bisthume Havelberg, am 13. Juli 1294.

Otto, Conradus, Hinricus, Johannes et Otto Junior dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landesberg, omnibus inperpetuum; Ne rei geste memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur et est, ut ea, que per nos fiunt, fulciantur testibus et testimonio literarum. Hinc est, quod universis cristi fidelibus tam presentis temporis, quam posteri, volumus esse notum, quod de consensu coheredum nostrorum et maturo consilio vassallorum et secretariorum nostrorum venerabili in cristo patri domino Johanni Havelbergensis ecclesie episcopo ac suis successoribus, ecclesieque Havelbergensi predictae terram Bellin, cum civitate Bellin, et villis adiacentibus, videlicet Tarmow, Hakenberge, Lynum, Degete, Karwese, Butfin, Lentezik, Brunne, metis distinctionibus suis, agris, pratis, pascuis, palludibus, aquis, censibus, aquarum piscaturis, censibusque earumdem piscationum, lignis, censibusque lignorum, venationibus, molendinis, et cum censu dammonis et omnibus bonis, tam in pheodatis, quam pheodatis, ac omnibus usibus, iuribus et pertinentiis suis, sicut progenitores nostri et nos noscimus hactenus possedisse, vendidimus et donauimus, iure proprio seu proprietatis titulo in perpetuum libere possidenda, pro duobus millibus marcarum argenti stendaliensis, de qua pecunia defalcavimus eidem Johanni episcopo, et ecclesie havelbergensi octingentas marcas, pro debitis, damnis, injuriis, et offensis, in quibus dicte ecclesie satisfacere tenebamur. Residuas vero videlicet mille et CC marcas recepimus in parato. Renunciantes omni juri et proprietati, que nobis in dicta terra Bellin ac suis pertinentiis competeat. Ut autem hec venditio et proprietatis donatio a nobis et nostris successoribus inconuulsa perpetuis temporibus maneat atque firma, presentes literas conscribi fecimus, et sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Nota sunt hec venerabili in Cristo patri, domino Erico, Sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, Wyzfk Caminensis electo, Hinrico de Wardenbergh, Joh. de Oldenyliet, Romolo, Hinr. de stegelitz, Joh. de Blanckenburg, Buffo, de Cocstedde, Joh. de Jagow, Zab. de Plawe, militibus, Johann. preposito de Granfoye in ecclesia Havelbergensi Hinrico de Wyda preposito de Jagow Capellanis nostris et aliis quam pluribus fide dignis Dat. Prinflaw, A. Dom. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCIV<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>. Id. Julii per magistrum Johannem, dictum passer, Canonicum Stendalensem Imperialis aule ac nostrum notarium.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. K<sup>ab</sup>. Archives fol. 16.

## II. Markgraf Woldemars Versicherung über die Grenzen des Landes Bellin, v. 12. Aug. 1319.

Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et luzacie Marchio, omnibus inperpetuum. Questio finium regundorum suos vibrat aculeos aut prope absencium seu mensuris errorem aut prope vicinorum auariciam, qui alienos fines conatu illicito inuadere moluntur. Hinc est, quod nos presentibus huius morbis oportuno remedio conamur occurrere et futuris, prout nobis ab alto conceditur